

29. Bessarion Cardinalis

Francisco Foscari

Duci Venetiarum.

Illustrissime et excellentissime princeps. Distuli ante hunc diem M 29
 5 infelicem et calamitosam urbem nostram Constantinopolim tuae cel- P 158
 situdini commendare, tum pudore quodam sub mystico retractus, ne
 pro commodo et salute patriae rogans meum ipsius commodum viderer
 quaerere, tum quod sponte sua inclytus senatus vester, ut est erga
 omnes afflictos clementissimus, tantum operis praesidiique pararet, ut
 10 omnes indubie existimarent satis id superque esse ad eam urbem tu-
 tandam, ad arcendos a moenibus barbaros, ad impetum crudelissimi
 hostis reprimendum. Quod utinam eo tempestive applicuisset! Non
 enim essemus spe destituti atque opinione nostra fraudati. Verum non
 negligentia vestra, cuius in tanta re ne simulacrum quidem ullum ap-
 15 paruit umquam, sed et vicinitate hostis et importuno anni tempore et
 fati ita volentibus factum est, ut, dum in medio cursu est classis,
 dum spe victoriae alacres copiae in hostem feruntur, praevenerit bar-
 barus urbemque et situ loci et moenibus et commeatu et omni genere
 praesidii munitissimam, quam omnes annum integrum pati posse ob-
 20 sidionem sperabant, viribus expugnaverit.

Me miserum! Non possum hoc sine maximo dolore scribere. Rem
 ut dictu incredibilem, ita ab omnibus, qui aliquid in se humanitatis
 habent, ac praesertim Christianis deplorandam! Me miserum! Non
 possum hoc sine maximo dolore scribere. Urbs, quae modo tali impe-
 25 ratore, tot illustrissimis viris, tot clarissimis antiquissimisque familiis,
 tanta rerum copia florebat, totius Graeciae caput, splendor et decus
 orientis, gymnasium optimarum artium, bonorum omnium receptacu-
 lum, ab immanissimis barbaris, a saevissimis christianae fidei hostibus,
 a truculentissimis feris capta, spoliata, direpta, exhausta est. Publica

1 M *Suprascriptio*: Bessarion, Cardinalis Tusculanus et Bononiensis legatus, Do-
 mino Francisco Foscari, Duci Venetiarum.

5 nostram M meam V | 6 sub mystico M subrustico V | 7 patriae M proprie V |
 8 quod sponte sua M qui sua sponte V | 9 operis M opis V | 10 superque esse M
 superesse V | 14 quidem V om. | 17 praevenerit M praeverterit V | 18 urbemque M
 urbem, quam V | 19 omnes annum M omnis anni V | 21—23 Me miserum . . . de-
 plorandam V om. | 28 a M et V

Ep. 29. Ein Hilferuf an den Dogen Francesco Foscari von Venedig zur ver-
 einten Abwehr der Türken, die eben Konstantinopel erobert haben und weiterhin das
 ganze Abendland bedrohen. Geschrieben in Bologna, 13. Juli 1453.

Überlieferung: Venedig, Bibl. Marc. Cod. lat. 496 (Zanetti), Class. XXII
 Cod. lat. 336, fol. 29—31 (Valentinelli); Paris, Bibl. Nat. Cod. lat. 3127, fol. 158—160.
 — Druckausgabe (nach dem Cod. Paris.) bei H. Vast, *Le Cardinal Bessarion*, Paris
 1878. Appendice III p. 454—456.